

4446 tabulae marmoreae fragmentum a. 0,22, l. 0,235; litterae bonae, a. 0,053 (in versu altero paulo minores). Vidi in thermis nuper effossis prope forum.



Descripsi.

2 in. vestigium incertum; deinde E vel F: fortasse V[er]ae, cf. supra n. 399. [Fieri potest, ut hoc fragmentum contineatur titulo infra n. 5346.]

4447 tabula marmorea marginata a. 0,71, l. 0,67, cr. ca. 0,07, litteris bonis (a. 0,055-0,025) inscripta. Rep. nell' area dei quattro tempietti. Est Ostiae in repositis musei.

Q·ASINIO·Q·FIL·  
TROM  
MARCELLO  
COS·PRAETORI·Q·AVGVVS  
5 CVRIONI·SALIO·PALAT  
TRIB·MIL·LEG·III·AVGVST  
X·VIRO·PATR·COL  
DECVR·DECRETO  
P V B L I C E ·

Contuli. Calza *Not. d. sc.* 1914 p. 72.

4 fin. q(uaestori) Augus(ti). — 5 fin. salio Palat(ino).

Quod suspicatus est Calza hunc Q. Asinium Marcellum eundem esse atque consulem suffectum a. p. Chr. 96 (*Pros. imp. Rom.* I p. 162 n. 1021) ut verisimile est, ita demonstrari non potest. Eidem dedicatus est titulus qui sequitur; cf. etiam infra n. 4542.

4448 tabulae marmoreae marginatae, litteris bonis inscriptae fragmenta complura, quae uno (a) excepto inter se cohaerent (b). a rep. *esaminando le lastre di marmo che costituiscono il tardo pavimento delle terme Antoniniane*. Est in repositis musei Ostiensis. — b: spatium scripturae quod quidem supersit a. est 0,625, l. 0,375. *Essendosi smossi alcuni frammenti di quel pavimento marmoreo che copre l' area del gran tempio, si è riconosciuto che essi appartengono ad una lastra iscritta*. Asservantur gypso inclusa Ostiae in repositis musei. — a et b composui in re praesenti.

	q. asINIO·Q·F	5,5
	ROM	4
	maRCELLO	4,5
	patr. COL	3,5
a	5 IVV	
	CVRIONI	3,9
	E·LVDVNT	3,5
	patroNÓ	3,5
b		

Descripsi ad lapidem, contuli ad ectypum. a Vaglieri *Not. d. sc.* 1912 p. 49 n. 2. b idem *Not. d. sc.* 1911 p. 453; v. 1-4 supplevit Calza ibidem 1914 p. 291 ad exemplum tituli qui praecedit.

Titulum dedicavit collegium quoddam iuvenum, quod enuntiato relativo v. 6 determinatur, patrono suo; neque enim dubito quin in v. 5 in. supplendum sit *iuv[enes]*, in v. 6 in. vestigium curvatum supersit ex littera Q, supple *q[ui]*. Ante *ludunt* autem vidi in lapide vestigia certa litterae E (vel F). Versus 5. 6 videntur mihi continuisse quinas denas litteras (quanto enim brevior est v. 6, tanto minores sunt litterae eius). Desunt igitur in v. 6 litterae septem; si supplementum *q[ui]* certum putaveris, restant supplendae litterae quinque. Habemus igitur *q[ui] . . . . e ludunt*; desideratur indicatio aut loci ubi ludunt (inscriptionem Aletrinatem C. X 5807 = Dessau *Inscr. Lat. sel.* 5348 *campum ubi ludunt iam Vaglieri attulit*) aut instrumenti quo ludunt. Et cum instrumentum lusorium huic loco aptum, casu ablativo declinationis tertiae expressum vix inveniri possit — exempla enim quae mihi attulit Dessau [*lapid]e* (*Inscr. Lat. sel.* 5174 a) vel [*trigon]e* (cf. Mart. 4, 19, 5. 7, 72, 9. 12, 82, 3) ne ipsi quidem valde placent —, credo indicatum fuisse, quo loco iuvenes luderent, scilicet lusum iuvenalem. Nomina collegiorum similiter composita habemus multa, cf. e. g. *Inscr. Lat. sel.* 1798. 7348, imprimis 7305 = C. III 4779 *Genio Aug. sacr. iuventutis Manliensium gentiles qui consistunt in Manlia*; C. XI 6362 *iuvenes forenses* i. e. qui in foro scholam habent vel ludunt. Fortasse autem nil aliud supplendum est nisi *Ostia]e ludunt*.

In versu qui praecedit desunt litterae sex; qui numerus optime expletur si legimus, quod primum in mentem venit, *iuv[enes] de]curion(um)*. Sed quamquam collegia iuvenum semper arte cohaerent cum municipiis ipsis (cf. Rostowzew *Klio, Beiheft* III p. 86), tamen iuvenes et decuriones nusquam eodem modo atque hic inter se coniunctos invenimus; quos autem Ostiae habemus *iuvenes* (supra n. 4(?) 409, infra n. 4552), ad rem explicandam nil conferunt. — *iuvenes decurionum* videntur esse pueri (filii) decurionum, qui in collegium aliquod inierunt simile sodalium lusum iuvenalis saepe commemoratorum<sup>2</sup> Dessau.

7 supplementum quod adscripsi certum esse mihi videtur; patroni enim iuvenum iidemque municipii inveniuntur saepius (C. IX 4546. X 5657. XI 4086. 6362).

4449 basis marmorea (1,49 × 0,89 × 0,78). Superne cernuntur vestigia statuae. Titulus substitutus est in locum prioris inscriptionis deletae, ita ut vv. 1-7 in litura exstant. Spatium scripturae destinatum a. ca. 0,82, l. 0,582; litt. a. 0,04-0,03. Rep. *sotto il selciato della strada che costeggia il bacino del Porto; fu messo in opera in un tardo rialzamento della strada stessa*. Est ibidem, a portu Traiani meridiem versus.

FIDE ↓ EXERCITATIONEM sic  
sic BONITATI·POLLENTI·LVCIO  
CREPEREIO·MADALIANO·V C  
PRAEF·ANN↓CVM IVRE·GLADII  
5 COMITI·FLAVIALI·CORR·FLAM·  
ET·PICENI·LEG·PRO·PRAETORE·PROV·  
ASIAE·LEG·PROV·AFRICAЕ·CONSVLA  
AED·SACRAR·CONSVL·MOLIVM·FARI  
AT PVRGATVRAE·QVAEST·CANDID·  
10 PRAET↓CONSVLI·OB MVLTAM IN SE EIVS  
TESTIMONIA·ORDO ET ↓ POPVIVS sic  
↓ FL·CONSTANTINIANAE PORTVENSES sic  
STATVAM PVBLICAE PONENDAM sic  
CENSVERVNT

Descripsi ad lapidem, contuli ad imaginem photographiam, quam Calza addidit editioni suae *Not. d. sc.* 1925 p. 73 sqq.

2-10 *Lucio Crepereio Madaliano v(iro) c(larissimo), praef(ecto) ann(ona)e cum iure gladii, comiti Flaviali, corr(ectori) Flam(iniae) et Piceni, leg(ato) pro praetore prov(inciae) Asiae, leg(ato) prov(inciae) Africae, consula(ri) aed(ium) sacrar(um), consul(ari) molium, fari at(que?) purgaturae, quaest(ori) candid(ato), praet(ori), consuli*. Cursus ordine honorum notabilis; apparet enim Madalianum legationibus provinciarum Asiae et Africae functum esse, postquam corrector Flaminiae et Piceni fuit, antequam consularis aedium sacrarum fieret. — L. Crepereius Madalianus (de quo Groag *RE* IV p. 1705 n. 5) praefectus annonae cum iure gladii fuit inter annos 337 et 341 (C. VI 1151 [cf. 31248] = Dessau 707), agens vicem praefectorum praetorio a. 341 (cod. Theod. XVI 40, 2), et id per dioeceseos Italiciana provinciae annonas, ut videtur (cf. Dessau 1228); cursum honorum eius mutilatum nobis exhibet titulus Africanus C. VIII 5348 = Dessau 1228, qui titulo Portuensi posterior est; quatenus tituli Africanus et Portuensis inter se differant, hic exponere longum est. — 4 apparet statuam Madaliano positam esse in praefectura annonae eius. — 7 sq. *consularis aedium sacrarum* = ὑπατικὸς τῶν ἱερῶν ναῶν vel ὑπατικὸς ἐπὶ τῶν ναῶν *IG* XIV 993. 1026. 1045; v. Paribeni *Diz. epigr.* II p. 866. — 8 sq. dignitas *consularis molium, fari atque purgaturae* adhuc ignota; num. pertineat proprie ad Portum, certe ex hoc titulo cognosci non potest (pharus Portuensis repraesentatur, ut monet Dessau, in anaglypho Torloniensi marmoreo, cf. supra n. 2033 cum add. p. 616). — 11 sq. *intellege ordo et populus civitatis Flaviae Constantinianae Portuensis*; vide supra p. 612.